



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Variorum In Europa Itinerum Deliciae

Chyträus, Nathan

[Herborn], 1599

VD16 C 2803

Augustana.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70708](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70708)



AUGUSTANA.

AD S. MARIÆ.

OTHONIS III. IMP. MONUMENTUM.

Imp. Cæs. Othoni August. III. ex gente Magni Witekindi Saxonum regis, Cæs. Othonis August. II. filio, Cæsaris Othonis Aug. Magni nepoti, Regis Henrici Augusti Aucupis pronep. Othonis ducis Saxonæ & Rom. Imp. gubernatoris abnep. Lutolphi Saxonum Ducis ac nep. Brunonisq; Saxonum ducis, & Witekindi frat. trinepoti. Obiit x. Kal. Feb. Anno Salutis M. II. regnorum XIX. Imp. V. Quod viscera ejus hic condita jacent, Fridericus III. Dux Saxonæ Princeps elector, Comes provincialis Turingiæ, Marchio Misniæ, & sacri Rom. Imp. locum tenens generalis, progenitoribus dulciss. faciendum curavit. Salut. ann. M. D. XIII. v. Id. Maji.

N. B.

Frid. III. Imp. Viennæ in D. Stephani sepultum non ignoramus. Ideo eam quæ mox sequitur inscriptionem Augustæ tantum honorariam arbitramur.

IN ÆDIBUS ECCENBERGERINIS.

Imp. Cæsar D. Fridericus III. Pius, Prosper, Aug. Christianitatis Supremus Princeps, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Stiria, Carinthiæ & Carniolæ, Comes & Princeps in Habsburg & Tirolis, Landgravius Alsatia, Princeps Sueviæ, Marchio supra Anasum, Princeps religiosiss. qui sacrum Romanum imperium summa justitia & virtute quinquaginta tribus annis sapienter & moderatè rexit: quique filio suo Maximiliano Imp. gloriosissimo serenissimam Dominam Mariam unicam filiam & hæredem Divi Caroli Ducis Burgundiæ potentissimi, &c. legitimo toro copulavit: ex quo quidem connubio omneis ducatus, principatus, marchio-

marchionatus, comitatus, & dominia, quæ præfatus Carolus Dux terra mariq; possedit, felici domui Austriae hæreditario jure perpetuo accesserunt: quæ & Imper. Maximilianus potenti manu & gladio conservavit. Ipse Fridericus talibus multisq; aliis imperatoris virtutibus perpetratis, naturæ debito persoluto: celeberrimis ac famosiss. exequiis devotè celebratis, in hoc precioso monumento reconditus est.

Hic Fridericus III. Imp. Aug. Nascitur ann. Salutis nostræ M. CCCC. XV. Eligitur in regem Rom. ann. M. CCCC. XLII. M. Aug. d. XIX. Moritur ann. M. CCCC. LXXXIII. ætatis suæ LXXVIII. Imp. verò LIII. M. IIII. d. IIII. ejus corpus in hoc saxum reconditur ac transfertur, ann. sal. M. D. XIII. d. VII. Novemb. Imp. Cæsar D. Maximilianus P. F. Aug. Christianitatis supremus Princeps, Germaniæ, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Bosniæq; rex Angliæ, dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Stiriciæ, Carinthiæ, Carniolæ, Limburgiæ, Lützenburgiæ & Geldriæ Comes, Princeps in Habsburg & Tirolis, Landgravius Alsatia, princeps & comes Burgundiæ, Flandriæ, Goritiæ, Arthesiæ, Holandiæ, & comes Selandiæ, Phirretis in Kyburg, Namurci & Sutphanæ, Marchio super Anasum, Burgoviæ, & sacri Romani Imperii. Dominus Phrisiæ, Marchiæ Sclavonicæ, Mechliniæ, Portusnaonis & Salinarum, &c. potentiss. & victoriosiss. qui sua singulari sapientia, per sancti connubii fœdera, quo filio Philippo regi gloriosissimo serenissimam Joannam reginam & hæredem Hispaniarum conjunxit, nepotibus suis sereniss. atque chariss. Carolo, Ferdinando, Leonoræ, Isabellæ, Mariæ & Katharinæ eorumq; posteritati archiducibus Austriæ, & ducibus domus Burgun. regna hæc famosissima, scilicet Castellæ, Granatæ, Navarræ, Cathalonæ, Toleti, Galletiæ, Valentia, Sardinia, Majoricæ, Minoricæ, Corsicæ ac Insul. Antipodum, &c. hæreditario jure perpetuo laudabiliter acquisivit, ex quo inclytam domum Austriæ in tantum exaltavit, ut D. O. M. gratia, in orbe terrarum huc usque nullam parem habeat. Et hoc preciosum monumentum, a patre devotiss. Imp. Friderico inchoatū, ipse filius pietiss. perficiendum, & erigendum curavit. Valeant, vi-

geant, floreat felicissima nomina Friderici, Maximiliani, & Philippi beatissimorum Imp. ac regum in æternum. Amen.

AD MAURITII.

D. O. M. S.

Quæris viator, quis hoc sub marmore tectus jaceat? homo ut tu mortalis, Henricus Rechlinger olim dictus. Qui sic patriæ & amicis vixit, ut eum vixisse non pudeat. Tu manibus benè precare: & salutis tuæ memor vive, & vale. Hoc Epitaphium Henricus Rechlinger Imp. Majest. Consiliarius, & reip. August. Dum vir, vivens sibi ipsi conscripsit. Parenti opt. & Helenæ Hoervvartin, matri suæ pietiss. & sub eodē marmore tumulata, liberi mœrentes P.P.

IN SUBURBIO JACOBÆO, VICI FUGGERANI, qui novum oppidum representat.

Anno M. D. XIX. Udalt. Georg. Jacob. Fuggeri August. germani fratres, qua bono se Reip. natos, qua fortunam maximarum opum D.O.M. acceptam inprimis deferendam rati, ob pietatem & eximiam in exemplum largitatem, ædes CVI. cum opere & cultu municipibus suis frangi, sed pauperie laborantibus, D.D.D.

IN NOSODOCHIO FUGGERANO.

Marcus, Joannes, Hieronymus, Jacobus Fuggeri fratres germani, Dn. Antonii filii, hanc domum pro pauperibus siphylide morbo laborantibus ex dispositione paterna extrui curarunt, An. S. 1571.

AD PRÆDICATORES.

Lector aveto. Frater Joan. Faber, sacrae Theologiae artiumq; Doctor: ordinis prædicator. congregal. Germaniae Vicarius generalis: Prior Augustensis; Ædem hæc sacram, ruinam ob vetustatem minantem, partim Apostolicae sedis beneficio; partim verò civium Augustensium elemosynis, Leone x. Pontif. Max. atq; Maximil. P.F.P.P. gloriosiss. Cæsare reip. Christianam gubernant. Fabr. procura-
vii

vit Hieronymus im Hof, & Melch. Stunz August. max. laboribus, & incredibili cura: Deo Opt. Max. Mar. virgini, Mar. Magdal. Johanni Evang. atq; divo Dominico, ordinis prædicatorii parenti, intra triennium, vix credas, á fundamento. F. C. Anno Christi M. D. XV. Sept. x. Hoc volui ut scires.

I B I D E M.

Deo Opt. Max. cæterisq; divis. Summa religione moti patricii ac cives Augustenses, quorum heic videntur insignia: universa pænè Europa armis laborante, pientiss. domum hanc, quæ lapsum pænè minaretur, suis ampliss. eleëmofynis, á fundamento intra triennium faciendam curavere. An. Christi M. D. XV. d. x. Decemb.

A L I U D.

Philippo Catholico, regi Hispaniar. &c. D. Imper. Cæsaris Maximiliani Aug. & Mariæ D. Burgundiæ filio. Qui vix. ann. 28. m. 3. d. 11. Ob. Brugis, florentiss. ætate: magna R. P. Christianæ jactura: relictis patre, & filiis pupillis, Carolo rege, & Ferdinando principe Hispaniar. &c. An. sal. M. D. VI. VII. Kal. Octobr. ob vitæ ejus felicitatem Frat. Joan. Fabr. devotiss. posuit. An. Christi M. D. XIX.

I B I D E M.

Imp. Cæsari Maximiliano Aug. Pio, Felici, Hung. Dalm. Croatiaq; regi &c. Quod suum Austr. Archiducatum, ac etiam Rom. Imp. pacatum reddiderit, auxerit, ampliaverit, quodque Philipp. filium, & Carol. nepotem, Hispan. reges constituerit. Vixit ann. 63. mens. 9. d. 19. Ob. Welsæ, d. 12. Jan. salutis An. 1519. regni anno 33. princ. opt. Christianæq; religionis acerrimo propugnatori Fr. Joan. Fabr. August. Theologus, Majest. suæ á consilio: devotiss. faciendum curavit, atq; posuit 1519.

I B I D E M.

Imp. Cæs. Carolo v. Aug. Max. Cæs. Friderici III. pronep. Cæs. Maximil. Aug. & Ferdinandi Magni Hispania-

rum Regis nepoti: Philippi, & Joannæ Hispaniar. Regum filio: Ob felicem ejus electionem, ab universo populo Christiano desideratam: de se an. ætat. 20. unanimi principum elector. consensu factam, 4. Kal. Julias. sal. an. 1519. principi clementiss. Frater Joan. Fabr. Theologus ordinis S. Dominici, devotiss. posuit. An. reparationis humanæ 1520.

I B I D E M.

Ferdinando, Principi Hispaniarum, Archiduci Austriæ, Duci Burgundiæ: Cæs. Friderici III. Aug. pronepoti: Cæs. Maximil. Aug. & Ferdinandi Magni Hispaniar. regis nepoti: Philippi & Johannæ Hispan. regum filio: Caroli Imp. Cæs. Maximi Aug. v. fratri germano: principi pietiss. Frater Joannes Fabr. Augustanus, prædicatorii ordinis, devotissimè posuit. An. hum. restaurationis 1520.

A L I U D.

D.O.M. Dn. Joan. de Cerbellon. Hispano, ordinis Calatrab. equiti strenuo. Qui post plurima præclare à se gesta, annos 55. primò sub D. Ferdinando rege Catholico, deinde Imp. Maximiliano, atque postremò Carolo Quinto Cæsare Augusto tam in Africa, quàm in Germania, Italia, Hispaniaq; contra potentiss. mundi hostes triumphator celebris. Tandem mirus hic belli artifex militiam obstrenuam, suiq; animi virtutem perpetua memoria dignus, Carolum v. Cæs. huc secutus, an. ætatis 75. obiit d. 3. Augusti. An. 1551. Dn. Petrus de Cerbellon. F. patri opt. clariss. H.E.M.

A L I U D.

Dn. Didaco de Arze Mardrili nato, Hispanor. militum præfecto, diviq; Jacobi commendatorio. Qui inferiori non prudentia, nec fortitudine quàm nobili stirpe natus: cum sub Catholici Hispaniar. Ferdinandi regis ac Maximiliani Imp. nec non invictiss. Caroli v. Rom. Imp. ditissime immensos bellicis in rebus per 40. an. passus esset labores; post ultimam tandem Germanici belli expeditionem Wirtem-

Wirtemberg. status gubernator constitutus fuit á Cæsare. Qui 60. jam & 8. cum haberet, quietemq; merito desiderasset; morbo correptus, animam summo omnipotentiq; Deo; huic veró sepulcro corpus commendavit. Augustæ an. 1551. d. 5. mens. Novemb. D. Joannes de Arze hujus nepos construere hunc jussit lapidem.

A L I U D.

D.O.M. Nobili matronæ Ursulæ Bar. ab Harroch, fide, prudentia, castitate insigni: Rom. Hung. Boëm. ac Polonię reginarum affectæ familiari: Joh. Jacobus Fugger: Kirchengæ, & Vianæ Baro: Phirretarum dominus, conjugii cariss. atque incomparabili: amoris ac desiderii ergo, monument. hoc, lugens mœrensq; præter votum posuit. Obiit 18. die Sept. an. sal. 1554. Vix. an. 32. m. 10. d. 23.

Media vita in morte sumus.

Credo videre bona Domini in terra viventium,

Ut mortui viverent, tu mortuus es.

Et mors tua peccatorum mortem occidit.

D. Imm. S. Jo. Jacobus Fugg. humanæ sortis atque fragilitatis memor, vivus monumentum hoc, in quo conditus mortuus voluit, ad perp. memor. proprio ære sibi uxoriq; præmortuæ, cum qua ann. 14. mens. 2. d. 27. conjunctiss. vixerat, constituit: conjugisq; monumento jungi voluit; ut quos vivos idem animus, eademq; sociaverat voluntas: iisdem defunctis perpetuæ gloriæ atq; honoris simulacra essent unita.

Certa dies nemini: mors certa cunctis: incerta posterorum cura.

Tu qui es, ego fui. Qui ego sum, tu eris.

Jo. Jac. Fugg. sibi, uxori, hæredibusq; eorum.

A L I U D.

D.O.M. Alphonso Gonzali de Meneses á secreto cubiculo seren. princip. Ferdin. Hispaniarum Infanti fideliss. ac opt. adolescenti: cui patrius decór arma inter honestiss. controversias induit: quiq; sub verbo principis contubernali nudum pectus præbuit: acerbo fato interempto. Fi-

de, amore, veritateque sui desiderium hero facientibus. Bernardinus frater fratri mœrens misero P. Ora pro eo beate Jacobe.

Rogante sereniff. principe Ferdinando; Philippus Adler locum sepulturæ inter gentiles suos, non minus piè quàm liberaliter gratis concessit. Anno à Christo incarnato 1526. M. Janu. d. 6. Morientem Musæ, Charites & Apollo planxerunt: Pullata curia condoluit. An. ætat. 28. mens. 5. die 23. una minus nocte. Vale Lector.

A L I U D.

D.O.M. Michaëli Velasco: Jo. Velasqui F. præfecto alæ Hispanorum, Philippi Hispaniarum principis, Caroli v. Cæs. Aug. F. maximo hospitiorum designatori. Qui Philippum ex Hispania in Belgicam & Germaniam secutus, heic obiit. Uxor dolens animo F.C.

A L I U D.

D.O.M. Dn. Alfonso de Larosa, Hispano D. Jacobi equiti, Torellæ Comiti: in rebus bellicis regio consiliario. Qui à Granaten. bello ann. 70. sub Ferdinando Hispaniæ rege, & Carolo v. Cæsare Aug. in Africa, Italia, ac regno præsertim Neapolitano duce magno Consalvo Ferrãdo, summa cum laude militavit: omnibusque muneribus iis in bellis functus est. Tandem Carol. v. Cæsarem huc secutus, an. 95. cum vixisset, obiit. Dn. Ferdinandus Fr. patri opt. & clarissimo P.H.S.E.M. Martii 14. die.

A L I U D.

Antonius Baumgartner à Baumgarten Baro; moralitatis suæ, acceptorumque à D.O.M. beneficiorum haud immerito; a vitum hoc monumentum, pietatis & gratitudinis ergo, speque futuræ resurrectionis, sibi posterisque vivens reparari cur.

A L I U D.

Homo ortus tui rationem, ac termini, maximè tecum meditare. In Deo sit imprimis fixa spes omnisque cogitatio. Cùm

Cúm enim certa sit mors; hora incerta, neq; cognita ulli: haud curæ minori sobrio & vigilantí vitæ æternæ tam ja-ctura, quám lucrum esse debet. Joannes & Michaël á Stetten hæredibus ac posteris suis H.M.F.C.

A L I U D.

Wolfgango á Lindena, juveni opt. ex equestri ordine, in hac urbe, in comitiis Imp. exstincto: propter ipsius singularem fidem, ac modestiam, Dux Saxonæ Joannes Elector F.C. Anno 1530.

IBIDEM IN FUGGERANO SACELLO.

D.O.M. Jacobus Fugger Augustanus, omnium sui ordinis ac nationis ornamentum, Maximil. & Caroli v. Imp. á consilio, divitiarum inusitatarum partu, liberalitate in omnes, vitæ integritate, animi magnitudine, nulli secundus: cúm nemini conferendus vivens fuerit; post obitum inter mortales referendus non erat.

A L I U D.

D.O.M. Udalricus Fugger Augustanus, aurea mediocritate, munificis Georgio & Jacobo german. fratribus non posthabendus, œconomix atque omnis æquitatis, sacrorumq; rituum servantissimus, H.S.E. Vixit ann. 72. m.3. Obiit 1510.

A L I U D.

Perp. secur. Hieronymo Fugger: Huld. sen. filio, generis splendore, corporis elegantia, animiq; dotibus insigni: Gloria veró equestri, cæterisq; virtutibus ornatissimo. cuius largas inter opes, absq; curis anxiiisq; negotiis; jucundos inter amicos, in otio hilariter ac benigné vitam traducere studium fuit, M. H. patruelis, & patruelis filii ex testamento hæredes, gratitudinis ergo, agnato opt. E.B. M.F.C. Obiit 26. Novemb. an. sal. 1538.

A L I U D.

D. Immort. S. Georgius Fugger Augustan. munifica

T iij

bene merendi virtute insignis. In utramque fortunam æquanimus, amicorum & patriæ studiosiss. bonorum omnium inprimis mœrore hec situs est. S. T. T. I. Vixit an. 52. m. 3. d. 8. Obiit 1506.

A L I U D.

D. O. M. Raymundo Fugger, eximia integritate ac munificentia incomp. optimarum artium, atque rerum antiquarum amantissimo: studiosorum atq; egenorum patrono, & mœcenati unico, ingenti relicto sui desiderio, magnoq; omniũ luctu erepto, v. filii mœstiss. parenti pi-entiss. monumentum hoc P. E. P. Moritur an. sal. 1535. d. 3. m. Decemb. in ædibus, quas ex fundamento proprio ære construxit. Relato cadavere in hoc familiæ sepulchr.

JACOBO FUGGERO.

Invida mors aliis, uni tibi candida & æqua.

Et, quod miremur, vita salusq; fuit:

Vixisti multis, & vitæ munera obiisti:

Migras cum nondum vulnera fortis habes.

Vix. ann. 67. m. 2. Obiit M. D. XXV.

A L I U D.

Adolphus Occo, A. F. A. N. Medicus Reip. August. hoc sibi monum. V. P. ut in eo cum uxore, ac liberis, ad extremum usque judicii diem mox ad futurum, mortuus quiesceret. Tu viator, quisquis es, quieti locum nō invidas. Vale. Abi.

Qui fuit æterna Christus mihi causa salutis,

Exuvias rursus vestiet ossa meis.

Ejus dum reditu mihi vitæ salusq; paratur,

Interea tumulo molliter ossa cubent.

A L I U D.

Pius & nobilis vir Joannes Retzerus à Tiemdorf: & altera conjunx ejus honestiss. Antonia Occina (prior enim Anna Zœblina p. m. Brauneggæ Tirolis sepulta est) incertam certi fati horam perpendentes, spe in dubia gloriose resur-

ſæ reſurrecciónis ſuæ, & omnium Chriſti fidelium; ſibi
ſuiſq; H.M.P.P. 1574.

SUB PHOENICE.

Hac perit ut vivat: ſe tamen antè cremat.

ALIUD.

Georgius Sturm te admonet, ut vitæ fragilitatem con-
templeris: & reſurrecciónem ſalutarem exſpectes. Mors
naturam deſtruit; tempus artem. Deus mortem non fe-
cit: reſurrecciónem promiſit. Chriſte fidem veram vivis
largire, caroq; mortua voce tua læta reſurgat.

ALIUD.

Chriſtophoro Thenn. Salispurgenſi, Scholarchæ Aug.
fideliff. veræ nobilitatis, doctrinæ, pietatiſq; erga DEUM,
omneſq; mortales immortalis gloria excellenti: cariffimo
ſanctiff. que memoriæ marito, ſibimetipſi, omnibuſq;
ſuiſ; Regina Pfifterina, P. A. vidua mœrens, certa ſpe lætæ
carnis noſtræ reſurrecciónis, H. M. P. C.

ALIUD.

Joach. Jeniſch minori, pietate erga DEUM, humanita-
te & manſuetudine erga cunctos, præcipuè verò munifi-
ca in egenos liberalitate: viro præſtantiff. vera in Chriſtum
fide, magnoq; cum deſiderio, omnibuſ bonis corporali-
bus poſthabitis, ad patriam cæleſtem evocato: Anna Ba-
lerina, vidua mœſtiſſ. viro cariſſ. P. N. an. 1534. Kal. Sept.
©. 1573. 8. Apr.

ALIUD.

D. T. V. O. M. S.

Joannes Baptiſta, Paulus, & Daniel Haintzelii, patricii
Auguſtani, fratres germani, Joan. Hainzelii patricii Cos.
que Auguſtani, & Catharinæ Welſerinæ, filii ſuperſtites,
humanæ ſortis memores, ſpe glorioſæ reſurrecciónis, hoc
monumentum ſibi, parentibuſ. uxorib. & poſteris F. C.
M. D. L.

T iiij

*Una trium jungens animos concordia fratrum
Germanam coluit cum pietate fidem.
Corpora juncta trium nunc & lapis unus habeto:
Dum vocet aethera clangor ad astra tuba.*

CHRISTO SACRUM.

*Qui locus insigni vidit cum laude docentem
Betulium Xystum, nunc tegit ossa viri.
Ingenium, mores, doctrinam scripta per orbem
Cognita testantur: spiritus astra tenet.
Ille quidem luctum patria doctisq; bonisq;
Liquit: at haud similem liquit in urbe sui.*

Vixit annos LIII. menses III. dies
xxvi. gymnasio præfuit annos
xvi. Obiit XIII. Cal. Jul. an. 1554.
Joannes Baptista, & Paulus Hain-
tzellii fratres germani, præcepto-
ri bene merito F. C.

NOBILITATI LITTERATÆ S.

HIERONYMO WOLFIO
OEttingensi.

Ex Pincernarum Sveinspandensf. qui in primis au-
toribus Cæsariensis cœnobii numerantur, legitima stirpe
oriundo, in quo, & fratre Hainrico Norimb. Archiatro il-
la ipsa extincta est: Socrati Suevico, Græcè Latineq; do-
ctissimo: Christianæ Philosophiæ & Eloquentiæ principi:
viro ad scribendum, dicendum, docendum nato: antiquæ
virtutis, & fidei Germanicæ exemplari: præceptori opti-
mo, & amico maximo: sex Hainzeliū fratres germani, Jo.
Baptistæ F. F. publicè debitū, privata pietate, M. P. P. Obiit
An. C. N. cIo Io xxc. post. non. Oct. H. I. P. M. Vixit
cœlebs an. Lxiv. D. Lv. H. xix. Annæo gymn. & bibl.
præfuit ann. xxiii. multiplicium divini ingenii monu-
mentorū Europam atq; Asiam hæredes reliquit.

ΤΟΙΣ ΠΑΙΣΙΝ ΕΙΠΕ ΧΡΗΣΙΜΑ:
ΜΕΓΑΛΗ ΧΑΡΙΣ ΑΤΤΩΙ.

A. S. Do-

A. S. DOMINICI.

Christo servatori sacrū. Catharinæ nobili Turzonum familia: magnifici Raymundi Fugger. conjugii: pudicitia, pietate, vitæ sanctimonia, benignisq; in egenos largitionibus insigni: relictæ v. filii M. H. matri dulciss. ac pientiss. amoris ergo PP. Ob. an. sal. 1535. d. ult. Febr.

IN COEMITERIO STEFFANINO.

*Defuncti vita mentem DEUS aethere servat:
Corpus in hac vermes depopulantur humo.
Sola mihi est vivo Christus fiducia; cultus,
Quem precor, ut mea sit post quoq; fata salus.*

A L I U D.

M. D. LXXVI.

Non quæ huic marmori incisum vides, at Jesum Christum, Hierosolymis pro nobis peccatoribus crucifixum, Dei patris unigenitum, & D. Mariæ virginis filium, cum Spiritu sancto, verum DEUM adorabis. Paulus Hainzelius, & Elizabetha Remin conjuges, sibi monumentum hoc totiq; familiae W. PP.

IN COEMITERIO SUBURBANO.

Monumentum Achillis Pyrmenii Gassari, Lindavien-
sis, Medicinarum doctoris. Qui cum 27. ann. completè vi-
xisset; in Christo obdormiens, Augstburgi hoc loci sepul-
tus est. An. sal. 1577. d. 4. m. Xbris. suisq; cōmune esse vult.

A L I U D.

Matthias Schenckius Constantinus, scholæ Annæ
magister, sibi & suis P. 1567.

SIBI.

SUIS.

*Ille ego qui Annæ tenui moderamina ludi
Schenckius, hoc posui languida membra toro:
Qua potui cursum pietate fideq; peregi:
Supprecor offensis parcito Christe meis.*

T v

A L I U D.

*Qua Christus forma surrexit, & astra petiuit,
Hac rediens iudex totius orbis erit.
Cuncta sepulcorum tunc corpora viva resurgent:
Salvus & in calo quisq; fidelis erit.*

D.O.M. Tr. V. Salvatori, & Chounrado Peutingero J. C. patric. Aug. consil. Augg. erudit. virtute, rebusq; amic. bon. senecta felici, & ipsa morte C L. V. Qui vix. ann. 82. d. 12. Hoc in sepulcro majorum conditur. Margarita Velferina conjunx: & C L. Pius J. C. Christophorus, Jo. Chrysofomus, & Carolus, fratres germani i. filii, hæred. Peutingeri Jun. ex merito amoris, observant. & obsequii pii ergo M. PP. Ob. 5. Kal. Jan. An. 1547.

A L I U D.

*Quisquis ades, qui morte cades, sta, respice, plora.
Sum, quod eris, modicum cineris. pro me precor ora.*

A L I U D.

Venerab. dn. Conradus Brum, J. U. D. Augusten. & Ratisbon. Canon. sic disposuit.

Est hominis nasci primum: vixisse secundum:

Ultima post vita tempora mors sequitur.

Est fortunati bene nasci: vivere honesti

Et just: felix est bene qui moritur.

Ergo ego qui natus longo quoq; tempore vixi,

Durum etiam mortis sustinui imperium,

Nec fortunatus nimium: studiosus honesti:

Defunctus tandem regna beata colo.

Conradus patrio dictus cognomine Brumus,

Cujus in hac tumba molliter ossa cubant.

Ob. Monaci, cum OEniponte, quó pauló anté á Cæl. Maj. Christianæ reip. caussa vocatus erat, domum contenderet. An. Dn. 1563. á d. 20. Jun. 68. annor. jam senex. cujus anima, cum pié in Christo defunctis, in pace quiescit.

A L I U D.

A L I U D.

Jacobus Heinrichman U. J. D. Ecclesiae Aug. Canon. atque in spiritualibus Vicarius generalis V. S. M. P. illo nimirum, quod se moriente futurum sit, apertè significans

Condit post mortem pollinctor putre cadaver:

Id vermes rapiunt: captat amicus opes.

Atq; sacros census mox Curtisanus anhelans

Occupat: at Christus spes mea sola manet.

Dein leib wirft man hin in das grab!

So nemen die freunde hin alle hab:

Der Curtisan bald d' pfründ erwischt.

Allein bleibt mein hofnung zu Christ.

*Alibi ad cranium, & duas tibias humani
cadaveris.*

Nunc quod es ipse fui: nunc ego sum quod eris.

A D P R A E D I C A T O R E S.

Leonhardus im Hof senator, Hieronymi Cos. F. & Veronica Rechlingerina Conradi Septemviri F. conjugis & nobiles patric. Aug. conduntur heic, & posteros operiuntur. Quor. ille d. Kal. sext. 1557. hæc á d. 19. Septem. ann. 1579. ad superos evolavit.

A D M A R I Æ I N C I R C U I T U.

In des Römischen Königs hof was ich!

Vnd dient Fürsten/vnd andern inniglich!

Von meniglich ward ich hoch geehrt.

Was ist mir aber nun beschert?

Da lig ich in erdrichs molten!

Vnd hof ich hab vergolten

Mein schuld durch den bittern todt.

Mein seel befehl ich hiemit Gott.

Obiit anno M. D. V.